UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XXXVI. Markgraf Ludwig schenkt der Altstadt Brandenburg die Mühlen zwischen ihr und der Neustadt gelegen, mit dem Damme und mit dem See zwischen Riewendt und Bagow, am 23. Februar 1324.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54022

Visual Library

bahr allen, die dieſen Brieff ſehen oder hören leſen, daſs wir angeſehen die Nothdurfft und Gebrechen unſerer Neuenſtadt zu Brandenburg und haben unſerer lieben getreuen Rathmannen und Gemeine derſelben unſerer Neuenſtadt Brandenburg zu Beſſerung und zu Troſte beſeſtiget und beſtetiget, ewiglich zum Eigenthum zu haben, mit dieſem Brieffe die Bete von fünf Dörfern und ſonderlichen Huffen, als hiernach geſchrieben ſtehen: zu Roſkow dreyzehn Huffen, von der Huffe ſechs Schillinge, zu Paaren ſieben Huffen, die Hufe acht Schillinge und acht Pfennige, Zachow fünf Hufen, die Hufe ſechs Schillinge, Pewſin acht Hufen, von der Hufe acht Schillinge, zu Wueſt zwölf Hufen, von der Hufe vier Schillinge. Dieſe Bete oder Bitte ſollen ſie des Jahres haben und nehmen, die Helffte auf S. Walpurgis Tag, und die andere Helffte auf S. Martini Tag, frei, ohne Dienſt, Hinderung unſer Voigte, Ambtleute und anderer unſerer Gewaltigen, und mögen darumb pfänden, wenn es deſſen Noth iſt, und ſollen davon nicht noch handeln. Auch haben wir unſere lieben getreuen Rathmannen und Bürger inſgemein begnadiget und ſie begifftet mit ſolcher Gabe, die ſie von den alten Marggrafen hero vor eine gute Gewohnheit und Gerechtigkeit gehabt haben, daſs ſie in allen unſern Landen und Gebieten in der Mark, durch Städte, Schlöſſer und Dörfer zollfrey ſein ſollen und mögen wandern mit aller Haab und Kauffmannſchaft, was ſie führen, und ſollen davon Niemands was pflichtig in keinerley Weiſe. Sie behalten allein die alte Gewohnheit, die unſer Zöllner von Alters hero in derſelben Neuenſtadt von Fiſchzolle und andern Dingen gehabt haben. Zu Uhrkunde deſſen haben wir unſer Inſiegel wiſſentlichen an dieſen offenen Brieff hangen laſſen. Hierüber ſind geweſen die Edle: Barthold von Henneberg, Buſſo von Manſfeld, Graffen, Heirich von Schwartzburg, Gerhard von Kerkow, Ritter, Segerus, Probſt zu Tangermünde, und andere edle und fromme Leuthe gegenwertig. Gegeben zu Stendal nach Gottes Geburth im tauſend dreyhundert und vier undzwanzigſten Jahre, des Mittwochs nechſt nach unſer lieben Frauen Tage Würtzweihunge.

Nach einer wahrſcheinlich alten, aber nochmals verhochdeutſchten Ueberſetzung des Originals im Copialbuche.

XXXVI. Markgraf Ludwig ſchenkt der Altſtadt Brandenburg die Mühlen zwiſchen ihr und der Neuſtadt gelegen, mit dem Damme und mit dem See zwiſchen Niewendt und Bagow, am 23. Februar 1324.

In nomine domini amen. Ludouicus, dei gratia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauarie, ſacri imperii archicamerarius, fidelibus ſuis ac dilectis conſulibus atque vniuerſis burgenſibus veteris ciuitatis Brandenborch preſentibus et futuris gratiam ſuam et ad futuram memoriam ſubſcriptorum. Cum ex debito ad ſubditorum noſtri principatus compendium ampliandum, diſpendiumque remouendum noſtra debeat ſedulo verſari intentio circa omnes, deſiderio tamen deſideramus in eos noſtrum fauorem tanto copioſius diſtribui, quanto ſincerius ipſos precellens fidelitas recommendat. Sinceritatem ergo veſtram nobis per vos exhibitam benigno contuentes aſpectu tali vobis duximus commodo atque gratia ſuccurrendum, quod vobis veſtriſque poſteris nec non ipſi ciuitati noſtre veteri Brandenborch, a qua noſter principatus traxit originem, in qua etiam officium Archicamerarii ſacri imperii, qua Elector imperii dicimur et ſumus, principaliter radicatur, que quoque ſede epiſcopali digne et laudabiliter decoratur, dedimus ſolempniter et donamus proprietatem atque hereditatem molendinorum, in antiquo aggere prope dictam noſtram ciuitatem ſitorum, cum

ipſo aggere et cum ipſius aggeris ſummo et inferiori iudicio, cum vniuerſis vtilitatibus, pachto et prouentibus, qui de ipſis poterunt prouenire. Volentes inſuper vt vniuerſarum villarum ruſtici, qui tempore noſtrorum predeceſſorum bone memorie marchionum Brandeburgenſium ad predicti aggeris refectionem obligati fuerunt, etiam ex nunc et in antea ſemper obnoxii remaneant ad dictum aggerem radicandum funditus et ad ipſum faciendum ſicut fuerit oportunum, et quod ab eodem leſio non procedat, prout etiam hec libertas in huiuſmodi aggerem a noſtris predeceſſoribus eſt indulta. Concedimus inſuper et in proprium vobis donamus liberaliter ſtagnum inter ciuitatem et villas Rewant et Bogow fluens cum ceteris vniuerſis aquis prope ciuitatem vndique ſuperius et inferius decurrentibus, que Nicolao de Bone et ſuis patruis pertinebant, cum vniuerſis vtilitatibus, quibus diictus Nicolaus et ſui patrui eaſdem aquas poſſediſſe noſcuntur, poſſidendas et habendas cum plena libertate et cum perfectione tota ſupremi et inferioris iudicii ad eaſdem: dictarum quoque aquarum diſtinctio vſque in fluuium Wazmok et vſque in aquas que Plauerwater nuncupantur vulgariter ſe extendet. Vt autem donationes predicte ſemper vobis et ciuitati noſtre, que tamquam caput ceteris ciuitatibus tamquam membris iura atque normam iuſte viuendi ex diutina et approbata atque preſcripta conſuetudine diſtribuit, maneant perpetuo tempore ſtabiles et illeſe et ne a quoquam noſtrorum ſucceſſorum vel etiam officiatorum dicte noſtre donationes inpoſterum irritentur, hanc paginam ſuper eo dari et ſigilli noſtri robore iuſſimus firmiter communiri. Teſtes quoque ad premiſſa vocati ſpecialiter et rogati ſunt, ſpectabilis vir dominus Bartoldus et Henricus eius filius Comites de Hennenberg, nobiles viri Henricus de Schwartzborch et Guntherus de Lindowe Comites, honorabilis vir dominus Segerus prepoſitus Stendalgenſis noſtre curie prothonotarius, Gherardus de Kerckoue et Bertoldus de Buz milites noſtri cum pluribus aliis fide dignis. Datum Brandenborch in noſtra preſentia anno domini M°. CCC°. XX°. IV°. vigilia S. Mathie apoſtoli, per manum Hermanni de Luchou.

Aus alter Copie. — Gercken's Fragm. march. III, 53 ex orig. Buchholtz a. a. O. V, 40. Fiuke a. a. O. 484.

XXXVII. König Ludwig verſichert die Neuſtadt Brandenburg des Rechtes, unmittelbar vom Reiche zu Lehn verliehen zu werden, am 26. Juni 1324.

Ludovicus, dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, prudentibus viris conſulibus et univerſitati civium Nove civitatis in Brandenburch, fidelibus ſuis dilectis, gratiam ſuam et omne bonum. Regia munificentia, licet omnibus eſſe conſueverit liberalis, illos tamen graciofius amplectitur et favore proſequitur ampliori, quos fide, devotione et operis exhibitione ſibi fore conſpicit promciores. Conſideratis igitur fidelitatis et devocionis veſtre meritis, porrectis nobis veſtris peticionibus benevolencius annuentes, noſtri ac illuſtris Ludowici marchionis Brandenburgenſis, primogeniti et principis noſtri cariſſimi, nomine, cui vos devote et humiliter ſubdidiſtis, omnia privilegia, libertates, jura et ſcripta, antiquitus a marchione Woldemaro et prioribus marchionibus Brandenburgenſibus vobis tradita et conceſſa, ſicut et rationabiliter ſunt tradita et conceſſa, approbamus, confirmamus, et preſentibus litteris innovamus. Ad hec declaramus, diffinimus ac notum facimus univerſis, quod vos ac civitas veſtra cum contingentibus murorum edificiis et toto ſuo ambitu atque fundo a nullo principe eccleſiaſtico, archiepiſcopo, epiſcopo vel inferioris gradus prelato et perſona, nec etiam ſeculari, rege, duce, vel inferioris ſtatus comite, domino et barone in feodum deſcenditis, ſed immediate ad ſacri